

Documents Prémontrés

du XVI^e siècle

réunis par (†) P. Em. VALVEKENS, O. Praem.

(suite et fin) *)

68. — *Relictum de François Bonhomi, évêque de Verceil,
Nonce apostolique, pour l'abbaye de Floreffé*
1586, 29 mars

Pour ce qui concerne ce relictum, voir l'introduction au relictum, envoyé par Bonhomi à Jean Luc, prélat de Bonne-Espérance, le 23 mars 1586.

A ce moment, Gilles Daischelet était prélat de Floreffé.

Joannes Franciscus, Dei et apostolicae sedis gratia episcopus Vercellensis et comes, sanctissimi Domini nostri Sixti divina providentia Papae V. eiusdemque sancte sedis in inferioris Germanie ac Belgarum provincijs, civitatibus et locis omnibus cum potestate legati de latere nuntius, reverendis et venerabilibus nobis in Domino dilectis religiosis et conventui Beate Marie Floreffensis Ordinis Premonstratensis Namurcensis diocesis, salutem in Domino sempiternam.

Et si generalia decreta de regularibus edere Deo bene iuvante proposuerimus, quibus monasticam disciplinam, temporum iniuria labefactatam et prope collapsam, restituere cogitamus : ne tamen visitatio, quam auctoritate nostra apostolica in isto vestro monasterio hac ipsa die obivimus suo fructu careat neve officio nostro defuisse videamur, hec pauca que coram domino abbate precipue constituenda insinuavimus, scriptis etiam exarare volumus, que propterea ut qua par est animi alacritate atque obedientia exequamini a vobis etiam atque etiam requirimus ac districte precipiendo mandamus.

In primis cum divina officia opportuno tempore celebrari debeant, statuimus ut matutinae preces, que ob bellicos tumultus in

*) *An. Praem.*, XXIX, 1953, 161-237.

quartam usque horam dilate sunt, media nocte uti iam D. Abbas se facturum recepit, iuxta antiquum probatissimumque morem decantentur, idque intra decem ad summum dies in usum inducatur.

In missarum celebratione etiam in particularibus sacellis due semper candeles ardeant ; in elevatione Sanctissimi Sacramenti etiam fax seu teda aut minimum candela maior accensa adhibeatur.

Nemo item celebret sine ministro, qui talari veste indutus celebranti respondeat et opportune inserviat.

Mentalis orationis exercitium ita religiosorum proprium est ut in monasterijs bene institutis nullibi desit. Quare ut et istic instituat cura erit Reverendi Domini Abbatis, qui propterea certam aliquam prefigat horam que commodior videbitur, qua pijs huiusmodi meditationibus quotidie religiosi communiter in ecclesia vel in loco capitulari vacent.

Ne vero reliquum temporis a divinis officijs otio et vagationibus teratur, sed potius pio aliquo studio transigatur, quamprimum Dominus Abbas, si sibi per facultates licebit, quod se proposuisse iam asseruit quodque antiqui erat moris, pium doctumque aliquem professorem conducatur, qui religiosorum sacram scripturam pro eorum captu interpretetur. Ut autem iuniores professi doctiores evadant, curabit potissimum Dominus Abbas eos simul cum pietate et regulari disciplina humanioribus litteris institui ; tum ad maiora studia theologie presertim capessenda, si non omnes, saltem quos magis idoneos et melioris reputationis esse noverit, in aliqua universitate alat, quo brevi temporis spatio doctos habeat religiosos, et professor qui in monasterio legat aliunde petendus non sit.

Communis vite ratio religiosorum adeo est necessaria ut, ea non diligenter servata, paupertatis votum, quod nihil proprii admittit, vix aut ne vix quidem inviolatum esse possit. Cum vero varijs nominibus proprietatis crimen hactenus apud vos viguisse videatur, ideo nos ad illud plane tollendum atque extirpandum Reverendo ipsi Abbati sub gravi suspensionis arbitrio nostro subeunda pena a divinis districtissime iniungimus ut unius mensis spatio a presentium insinuatione ita inter vos communem vitam instituat ut communiter per se vel per alium seu alios ad id deputandos religiosos omnia ad victum et vestitum necessaria communi monasterij impensa subministret, neque ullo umquam tempore pecunias pitantie, vini, vestiarij, horticum aut pomariorum, proventuum nomine aliave quavis ratione habere permittat. Monachis vero ipsis, qui victu et vestitu contenti nihil preterea querere aut pretendere debent, serio prohibemus ne quicquam proprii, minus autem pecunie, quovis quesito colore retineant. Quod si quis, proprie salutis immemor, huic decreto nostro minime obtemperaverit atque in proprietatis crimen incidisse deprehensus fuerit, eum abbas tamquam votifragum severe atque etiam carcere pro modo culpe arbitrato suo puniat, quavis consuetudine, que potius morum corruptela censenda est, aut etiam superiorum permissu non obstantibus.

Mensa porro dum discumbitur sacra lectione atque continua ab

initio usque ad finem semper condatur. Qui autem cibi supersunt pauperibus ex regule constitutionibus distribuantur, neque inde alicui quicquam vel minimum auferre sibi servare liceat.

Religiosis laici nulli ministrent; curetque preterea Dominus Abbas ut pro culine alijsque necessarijs ministerijs ad habitum atque ad professionem laicos fratres suscipiat, neque deinde ad religiosorum culinam alijs laicis absque necessaria causa aditus pateat.

Feminarum ad regularia loca ingressus adeo graviter est interdictus et qui eas admittit vel admitti permittit excommunicationem late sententie incurrat ex gravi Pontificis Gregorij xij constitutione. Quare eam penam et constitutionem tam abbati ipsi quam religiosis singulis insinuatam volumus et declaramus, ac ne feminas cuiusvis generis aut conditionis intra claustra, nisi fortassis processionum tempore, nec ad alia loca ad que religiosi sine superiorum licentia liber est accessus, ulla ratione ingredi patiantur, expresse prohibemus.

Hec vero nostra decreta volumus, ut non tantum in monasterio isto Floreffensi servantur, sed et Reverendo Domino Abbati, qui Reverendi Patris ordinis Praemonstratensis generalis vices gerit, precipimus ut hec decreta atque in primis que ad proprietatem tollendam communemque vitam instituendam atque ad mulierum ingressum prohibendum pertinent, in omnibus monasterijs sue cure subiectis inviolate et auctoritate nostra qua fungimur apostolica servari faciat. Decernentes preterea abbates aut superiores quocumque nomine censeantur religiososque omnes supradictorum monasteriorum rectores huiusmodi decretis ab eodem abbate Floreffensi insinuatim eque affici atque ad eorundem observantiam sub iisdem penis teneri ac si a nobis ipsis insinuata ac speciatim singulis abbatibus seu superioribus ac religiosis singulorum monasteriorum prescripta preceptaque essent.

In quorum omnium et singulorum fidem ac testimonium presentibus manu nostra subscripsimus et sigillum nostrum apponi iussimus.

Datum Namurci quarto Calendas Aprilis MDlxxvj Pontificatus prefati Sanctissimi Domini nostri Domini Sixti Pape V anno primo.

Jo : Fr : Episcopus Vercellensis,
nuntius apostolicus.

Jo : Bapt : Robe. And. Jo. Antonius Caiectana
secretarius.

Copie notariale du seizième siècle.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. IV, reg. 207, fol. III v^o.

69. — *Schéma d'une visite canonique,
rédigé par François van Vlierden, prélat de Parc
et vicaire du Général*

1586, mai environ

Dans les papiers personnels du prélat Vlierden, on trouve le questionnaire que je fais suivre ici. Il s'agit sans doute d'un schéma de visite canonique, rédigé par Vlierden, probablement selon les instructions du Général Despruets.

Pour ses papiers secrets, Vlierden dispose d'une petite écriture, qui mérite parfois le nom de cryptographie. Plusieurs mots sont franchement illisibles.

Je date ce schéma de mai 1586. Dans le manuscrit, il suit immédiatement une pièce, datant de mai 1586. Il s'agit notamment d'une copie officielle, signé du Général Despruets en personne, du décret capitulaire de mai 1586 concernant la visite canonique, faite en mars 1586 par le nonce Bonhomi. Voir plus haut les pièces des 23 et 29 mars 1586.

De fide et religione.
An nulli heretici.
An libros legant hereticos.
An hereticis federe vel amicitia iuncti.
An quidam aliquando contra Ecclesia militaverit vel iuraverit.
An apostotaverit vel ordinem suum reliquerit.
An simulaverit sese hereticum.
An de his absoluti et a quo.
An curiosius de fidei mysterijs disputent.
De divino officio.
An cultus divinus peragitur cum debitis ceremonijs.
Quo fervore singula divina officia peragantur.
An secundum novum breviarium officium persolvant.
De festo D. Norberti et confessionis forma.
An ordinaria sacra peragantur.
An sacrificetur pro defunctis.
An ornamenta et vasa sacra asservata sint.
An nulli horas suas intermittant.
An frequenter celebrent.
An diaconi et iuvenes communicent et quoties.
An in domo non sint oratores (?).
De Obedientia.
An relicta observent.
An pax sit et concordia inter fratres.
An prelato et reliquis obediant.

An abusus et defectus corrigantur.

An capitulum quotidie celebretur.

An humiliter subeant emendatoriam vindictam.

An non exeant sine venia.

De Paupertate et correctione vite.

An sint aliqui proprietarij.

An taxas (?) habeant.

Cui remittant pecunias quas ab amicis vel aliunde accipiunt.

An ludant pro pecunia vel symbolo.

An ludant chartis vel aleis.

An vestiantur curiosius quam deceat paupertatis professoribus.

An ex equo omnibus bene provideatur de necessarijs.

An singulis annis sua rescribant et resignent superiori.

An sit aliquis vestiarius et vestiaria communis et quomodo fratribus provideatur.

An officiatu stipendium habeat.

De Castitate.

An liberius versentur cum personis femineis vel ijs aliqua cohabitent.

An ijs loquantur sine superioris consensu.

An quidam sint infames de incontinentia qui penam non subierunt.

An nulli frequentent tabernas vel loca inhonesta.

De Victu.

An omnes ad unam mensam conveniant.

An abstineant a carnibus in Septuagesima.

An extra horam prandij comedant vel bibant vel fiant computationes.

An tabernas frequentent vel bibant ad haustus equales.

An infirmorum habeatur bona ratio in cibo vel potu.

An legatur in mensa.

Que sit portio ordinaria.

An ieiunia Ecclesie et Ordinis bene observentur.

An frequentes sint hospites.

An femine comedant in conventu.

An vendatur cerevisia.

De Prelato.

An sit bone vite et bonus pater.

An sit observans discipline.

An amans divini cultus.

An vitium non dissimulet.

An bona bene, fideliter et prudenter administret.

An non ditet suos amicos.

An registra, privilegia et alia munimenta bene custodiat.

An aliqua alienaverit vel oppignoraverit et que et ex qua causa.

An cum consensu superioris et suorum confratrum.

In quos usus expenderit promptam ex alienatis bonis pecuniam.

An debita multa contracta sint tempore ipsius regiminis et quam magna et ex quibus causis.

Quam rationem habeat exsolvendi seipsum a debitis.

De Pastoribus.

Quot sint pastoratus.

An omnes resideant vel ubi agent.

An competentiam habeant.

An non refugiant ad extraordinariam audientiam.

An emolumenta pastoratus singulis annis describant et resignent.

An confiteantur abbati suo singulis annis.

An ecclesie non conferantur secularibus.

An omnes idonei sint quam possunt.

An non exeant curas suas sine consensu.

De Conventualibus.

Quot sint. Quid exercitij habeant.

An canonici se exercent vel sacris studiis impendant operam.

An lectorem non habeant et ex qua causa.

An omnia ordinate peragantur.

An silentium horis et locis consuetis observetur.

De officiarijs religiosis.

An omnes fideles sint, prudentes et diligentes, querentes bonum commune.

An singulis annis fideliter reddant computus.

An salarium habeant.

De ministris secularibus.

Quot sint et an omnes necessarij.

An fideles, honesti et integri.

An nulli consanguinei.

Autographe de Vlierden.

Archives de l'abbaye de Parc, VII, 47, fol. 15-16.

70. — *Relictum de François van Vlierden, prélat de Parc,
pour l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers*

1588, 7 octobre

Devenu prélat de l'abbaye de Saint-Michel d'Anvers, Emeri Andries fit de son mieux pour ramener sa maison fort éprouvée à une vie religieuse normale. François van Vlierden, prélat de Parc et vicaire du Général en Brabant, aida l'entreprenant abbé de toutes ses forces.

La visite, dont le relictum suit, fut faite pendant l'abbatij d'Andries. Vlierden s'était associé un religieux de Parc, Adrien Mermans, prévôt de Leliëndaal.

Franciscus a Vlierden, Sacre Theologie Licentiatus et monasterij Beate Marie Parcensis Abbas necnon a Reverendissimo Domino Praemonstratensi, D. Johanne de Pruetis, Generali Ordinis Praemonstratensis, et a Capitulo Generali eiusdem Ordinis consti-

tutus ac deputatus Vicarius cum plenitudine potestatis per Circarias Brabantie et Frisie : omnibus quorum interest notum facimus nos anno 1588 7 Ocobris una cum Reverendo Domino Preposito in Leliendaël, D. Adriano Mermans, venisse ad monasterium Sancti Michaelis Ordinis Praemonstratensis visitandi ac reformandi illud gratia. Et ex previa informatione de utroque statu prefati monasterij hec que sequuntur duximus statuenda et ordinanda.

Imprimis, ut divinum officium commodius ab ipsis religiosis persolvatur et ad meliorem monastice discipline observantiam statuimus et ordinamus ut tam conventuales quam pastores eis cohabitantes in conventu conventualiter et regulariter vivant nec conventum praesumant exire vel ad abbatem venire sine expressa venia rectoris conventus, sub pena in Statutis expressa distinctione 3 capite 2.

Officium divinum secundum ritum et breviarium Praemonstratensis ecclesie cum debitis et requisitis ceremonijs persolvatur. Et summo mane omnes tempestive surgant ad Matutinas tam canonicas quam de Domina cantandas vel legendas pro ratione temporis. Reliquas quoque diei horas temporibus in Statutis expressis persolvant. Utque mane dumtaxat surgant pro tempore ipsis religiosis concedimus propter eorum paupertatem et librorum defectum.

Capitulares preces loco consueto persolvantur, et semper aliqua Regule pars ex ordine in Capitulo post collectam *Dirigere* legatur.

Tempore divini officij semper sit lumen in ecclesia, et simul ac fieri poterit aptetur locus aliquis firmus pro reservatione Venerabilis Sacramenti.

Semel in septimana legantur vigilie novem lectionum cum commendatione media. Alijs vero diebus extra Quadragesimam vigilie trium lectionum dumtaxat persolvantur.

Sacrum summum, si fieri potest, quotidie cantetur. Reliquae vero due Misse, nempe Matutinalis et de Domina, legantur.

Statuta Capituli Generalis anni 84 de festo S. Norberti celebrando et de nova forma Confessionis precipimus observari.

Silentium temporibus et locis in Statutis expressis observetur.

Quia proprietatis vitium in religioso paupertatem professo detestabile est et filium constituit eterne damnationis, precipimus ut omnes secundum Regule prescriptum in communi et ex communi vivant, nullamque pecuniam sibi ab amicis donatam sive aliunde acquisitam sibi asservent aut in proprios usus sine superioris licentia expendant, sed omnem pecuniam superiori suo tradant in necessarios usus erogandam ; inhibemus sub pena excommunicationis late sententiae in Statutis expressa ne pro pecunia ludant vel sine superiorum suorum voluntate et consensu expressa vinum vel cerevisiam sibi comparent.

Religiosi conventuales singulis annis, ad minus semel, tempore a reverendo Domino constituendo, rescribant exacte omnia que ipsis in usum concessa sunt. Insuper, insequendo Statuta patrum, volumus et districte mandamus ut omnes et singuli pastores et sacellani

professi inventarium de hereditatibus et emolumentis ecclesiarum suarum et capellaniarum et de mobilibus et utensilibus suis plene conficiant, nomina debitorum et creditorum cum quantitate debiti et crediti, cum ratione et ex qua causa contracta sint, et etiam summam peculij sui fideliter conscribant et abbati suo in die Sancte Trinitatis singulis annis in scriptis tradant; et hoc sub pena gravioris culpe decem dierum et insuper sub pena arbitraria per Patrem Abbatem vel Visitatorem decernenda.

Vestimenta vero et calceamenta sicuti et reliqua alia secundum Regule prescriptum, quando indigentibus fuerint necessaria, dare non differant sub quorum custodia sunt que poscuntur.

Et curet Reverendus Dominus ut ad minus singuli habeant cappam choralem unam, duas tunicas, duo paria caligarum et indusia 4 vel 5; et sic de alijs vestibus, sicut statui paupertatis quam professi sunt conveniet (Conc. Trid., sess. 25, cap. 2 de Reformatione).

Priori domus detur a Reverendo domino Abbate pecunia pro quotidianis et minoribus fratrum necessitatibus satisfaciendis, cuius, cum expensa fuerit, semper teneatur reddere rationem. Insuper eidem committatur distributio charte, pennarum, atramenti et similia minutarum rerum, ne occasio detur religiosis alicuius querele.

Omnia linea religiosorum sine difficultate a lotrice laventur, prout hoc necessitas exigit.

In mensa tractentur fratres frugaliter et honeste, quantum presens tenuitas et paupertas patietur, secundum Ordinis Statuta, distinctione prima, capite undecimo. Extra horam prandij vel cene nihil alimentorum sumatur. Commessiones et omnes extraordinarias computationes omnino tolli et aboleri precipimus.

Nulla cerevisia vel vinum vendatur extraneis, ne civitas fraude tur accisis; nec etiam religiosi confratribus, ne occasio detur proprietatis. Nec aliqua cerevisia ex civitate vel aliunde adferatur sub pena arbitraria per superiores imponenda.

In mensa conventus nulli hospites extranei excipiantur; sed, si quis hospes advenerit quem excipere necesse sit, ille seorsim a conventu cum Prioris venia excipiat, aliquo semper rectore presente, si femina sit.

Omni tempore refectionis continua lectio habeatur, nisi de singulari rectoris conventus consensu colloquium de licitis et honestis permittatur.

Districte inhibemus administratoribus et officiarijs sub pena proprietarijs debita, ne privatis et proprijs studeant commodis, vel officij ratione aliquam sibi vindicent mercedem.

Sigillum conventus concludatur in quadam cista firma, que seras tres habeat et claves, quarum unam servabit Prior, secundam Supprior, tertiam senior domus.

Omnes tam sacerdotes quam juvenes in concionibus per vices exercentur, si non in templo, saltem in Capitulo, ferijs sextis post collationem. Si qui tamen sacerdotes sint ad concionandum publice in templo idonei et qui episcopo, juxta Conc. Trid. sess. 5 cap. 2

de Ref., presentati fuerint, eos hortamur ut etiam publice in ecclesia dominicis diebus concionentur.

Rectoribus conventus et non alijs concedimus confessiones audiendi et absolvendi potestatem, nisi Reverendus Dominus preter illos adhuc aliquem putaverit assumendum esse, qui etiam confessiones audiat.

Spheristerium ab Allonsonio exstructum simul atque cum gratia Sue Celsitudinis fieri poterit, destruaturn vel in alios convertatur usus ¹²⁾. Interim tamen, quamdiu tolerare necesse sit, omnibus alijs civibus intercludatur ad spheristerium accessus nec pro aliquo lucro elocetur.

Preterea mandamus Reverendo domino Prelato ut cancellos ecclesie sue, qui ad ecclesiam Dive Virginis perlati sunt ¹³⁾, repetat ; quo sic religiosus percludatur exitus. Et similiter eundem volumus repetere campanas, que ex turri Divi Michaelis ad turrin Dive Virginis translate sunt ¹⁴⁾.

Gradus quoque illi in refectorio exstructi evertantur et refectorium concludatur cum illa priore parte ambitus, que semper conclusa esse solet.

Hec omnia suprascripta mandamus in virtute sancte obediencie Reverendo domino Abbati, domino Priori et ceteris rectoribus, ut observent et exequantur. Et ne de fide constitutionum nostrarum quis dubitet, ijs propria manu subscripsimus.

Anno Domini 1588. 13. Octobris.

Copie contemporaine.

Archives de l'abbaye de Parc, VII, 65, fol. 38-40.

71. — *Visite de Gallus Theininger, prélat de Steingaden, à l'abbaye de Windberg*

1592

Theininger, vicaire du Général Despruets, entreprit une visite canonique à Windberg, sur l'invitation du gouvernement. Le reliquum de cette visite est conservé aux archives de l'Etat à Munich, Klosterliteralien Windberg, fasc. 1, fol. 237-310.

Le visiteur « fand im Kloster Windberg zwar einen Abt und einen Prior vor, die beide « im Geschray » sträflichen Verkehrs

¹²⁾ A l'époque de la révolte contre le roi d'Espagne, l'abbaye de Saint-Michel avait dû être évacuée par ses religieux. Le duc d'Alençon, gouverneur-général rebelle, s'y était installé avec sa suite. Il y avait construit e. a. un carroussel.

¹³⁾ Cela se passa à l'époque de la révolte contre le roi d'Espagne.

¹⁴⁾ Ceci se passa à la même époque.

standen, einen auf 10 Priester zusammengeschrumpften Konvent, da so viele « entloffen » waren, endlich heillose Zustände auf den inkorporierten Pfarreien, aber anderseits eine geordnete Wirtschaft, wenig Schulden, und woran dem Abt am meisten lag, fast alle, 1586 von ihm wiedereingelösten Kirchenschätze. Dem Protokoll liegt eine Liste bei von den *Cleinodien*, so im Closter vorhanden ». A cette époque, Christophe Curtius, profès de l'abbaye de Schäftlarn, était prélat de Windberg (1570-1598).

Voir N. BACKMUND, *Die Kirchenschätze des Klosters Windberg Ende des 16. Jahrhunderts*, dans *Analecta Praemonstratensia*, t. X, 1934, pp. 112-114.

72. — *Thierry van Lienden, vicaire-général de Liège,
au prélat Valentyns
1593, 28 octobre*

Il invite le prélat à faire accepter au couvent des norbertines de Keizerbosch une veuve laquelle fit naguère profession religieuse dans ce couvent.

Reverende Domine,

Margareta de Waest, nobili genere nata, cum circiter decimum quartum etatis annum ageret, in monasterio Keyserbosch nuncupato comitatus Hornensis religionem ingressa et professa. postea cum dispensatione Sanctissimi Domini nostri Pape matrimonium contraxit. Quo postmodum per mariti sui obitum absque generatione dissoluto, multos jam annos viduitatis statum cum magna honestate et pietate coluit. Jamque ad senectutem provecta, ardentissime exoptat ad salutem suam in dicto monasterio vite residuum finire, ubi eam a pueritia cepit operari. Quare a dicte Margarete propinquis reverendissimo et serenissimo Episcopo et Principi nostro proposita et commendata, Celsitudinis sue iussu scripsimus ad abbatissam et conventum dicti monasterij literas, quibus illis huiusmodi dicte Margerete desiderium et petitionem commendavimus ; et has nunc ad Reverentiam vestram damus ipsius sue Celsitudinis nomine, in cuius territorio dictum monasterium consistit et a quo non parvis beneficijs recens auctum est, ipsam requirentes et rogantes pro autoritatis sue apud dictas abbatissam et conventum interpositione, ut dictam Margaretam ad societatem suam admittere non graventur. Quod cum Reverentiam vestram ex premissis promotione sua dignum iudicaturam confidimus, pluribus id ipsi non commendabimus, quam quod dicte Celsitudini sue nobisque ab ipsa summopere gratum fore affirmamus. Hoc igitur pro responso ab ipsa expectaturi,

cum obsequiorum nostrorum oblatione omnem ipsi veram felicitatem a Deo Optimo Maximo precamur.

Datum Leodij 28a Octobris 1593.

R. V. addictissimus amicus,
Th. de Lienden,
vicarius Leodiensis.

Reverendo Domino Domino Abbati Averbodiensi.

Copie contemporaine.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 34 v^o.

73. — *Le prélat Valentyns à Thierry van Lienden,*
vicaire-général de Liège
1593, 5 novembre

Il répond à la lettre du vicaire, datée du 28 octobre. Sa réponse est particulièrement suggestive pour la connaissance de l'atmosphère du monastère des norbertines de Keizerbosch.

Reverendissime Domine,

Cum receptio domine Margarete a Waest non tam ex me quam ex abbatissa et conventu monasterij de Keyserbosch dependeat, nihil certi Reverentie Tue polliceri possum, eoque minus quod predecessores mei ibidem autoritate admodum parum valuerunt. Nam, licet laboraverint aliquando illic reformationem ad ipsarum salutem inducere, tamen pertinaciter recusarunt neque modo ad recipiendam eam paratas existimo. Quare (salvo tamen meliori iudicio) hec d. Margareta melius sue consuleret saluti magis reformatum monasterium quam ad professionis locum revertens, ubi religio proch dolor parum viget. Nam que, queso, ibi sit religio ubi non est communis vita, que imprimis in monasterio requiritur. Verumtamen, si d. Margareta in suo perseveret proposito, mallens professionis quam alium locum adire, quam libentissime tam Sue Celsitudinis quam Tue Reverentie atque ipsius salutis intuitu omnem quam potero prestabo operam atque auxilium salvis tamen nostrorum Statutorum privilegijs tali in casu observari debitis et solitis, in quibus solus D. Premonstratensis vel Generale Capitulum dispensat. Ego vero Celsitudini Sue et Reverentie Tue devinctissimus, hic et ubique eisdem meum offero obsequium et obedientiam, rogans Deum Optimum Maximum ut easdem sue Ecclesie quam diutissime servet incolumes. Quarum patrocinio me meumque conventum humillime commendo.

Datum Diestemij 5 Novembris 93.

R. T. ad omnia paratissimus,
Mathias Valentinus,
abbas Averbodiensis licet indignus.

Reverendissimo ac Generoso Domino D. Theodorico de Lienden.

Minute.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 35 r^o.

74. — *Lettre de Mathias Valentyns, prélat d'Averbode, à Jean Godefridi, prévôt du couvent des norbertines de Keizerbosch*
1593, 24 novembre

Le prélat d'Averbode était Père-abbé du couvent de Keizerbosch. Valentyns invite Godefridi à tout faire pour amener le couvent à accepter une bonne réforme.

Spiritum Christi atque nostre religionis zelum verum in salutem, venerabilis domine Preposite atque dilecte confrater.

Margaretam illam de Waest agitari spiritu ad vestrum monasterium redeundi nuper intellexi ex litteris reverendi Domini Theodorici vander Lienden, reverendissimi Vicarij, cui (ut hic ex exemplo litterarum videre est) breviter respondi, multo tamen latius et aliter responsurus si vestras has litteras antea recepissem. Verum, videmini mihi ex parte vel tardi vel negligentes, quod ad primas receptas litteras vos non purgastis. Si queratis huius receptione liberari, oportet omnino ut omnia que vestre excusationi inserviunt in Secreto Consilio per libellum supplicem deponatis. Quo peracto, nisi desistant vos huius rei gratia sollicitare, ad me consilij et auxilij causa confugite et me ad hec non solum sed et ad omnia, que pertineant ad defensionem nostrorum privilegiorum et Statutorum observationem paratissimum habebitis.

Ego ergo paternum offero officium, exigens ut omnes sorores vicissim filialem offerant mihi obedientiam, ut vel tandem ad reformationem pro salute suarum animarum summe necessariam pertingamus. Hic vestram quoque operam imploro, hoc attestans quod non poteris rem facere neque ipsis magis necessariam neque tibi magis meritoriam neque mihi Deoque gratiorem. Pluribus mentem meam sororibus scripsi. Ad earum litteras te remitto.

Ghisbertus Peer senior iam post migrationem habitat iuxta templum Sancti Martini. Hoc non significo, quod pannum diu promissum exigam, sed ut errorem nostri famuli corrigam, si forte quem commisit designando domum eius. Nam, crede mihi, non quero vel expeto a vobis munera sed ex animo desidero vestrarum nostrarumque sororum reformationem, ne forte et nos stricto iudicio Dei ob earum indisciplinatam vitam culpabiles inveniamur. Quod Deus avertat. His me tuis precibus commendatum habe et hanc nostram admonitionem vestris persepe ob oculos opponere dignare. Quis enim scit an tandem ad cor redientes reformationem et laudabilem

observantiam amplexentur. Quod ipsis precor et tibi tuisque omnibus multam et corporis et anime salutem.

Raptim hac 24 Novembris 1593.

Vester confrater
Mathias Valentini quem nosti.

Minute.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 17 v^o.

75. — *Mathias Valentyns, prélat d'Averbode,*
au couvent de Keizerbosch
1598, 7 janvier

Père-abbé de Keizerbosch, Valentyns invite les religieuses à accepter une bonne réforme. Il insiste particulièrement sur l'observance exacte de la vie commune et le port de l'habit religieux complet.

Weerdighe ende aendachtighe Vrouwe Priorinne ende kinderen tsamen in Christo bemint,

Naer dien ick vuyt schryven van sekeren eerweerdighen persooone verstaen hebbe dat gylieden schynt geheelyck te vervreemden van d'observantie onser religie (dwelck my hertelyck leet is om hooren), soe en can ick om my daer inne voer Godt te ontlasten nyet gelaten U. L. altezamen ende elcke int besundere te vermanen ende scherpelyck te bevelen om den Reghel uwer professien te onderhouden, gelyck ghy daer inne verbonden ende verobligeert syt voer Godt ende voer den menschen.

Inden iersten dat ghy sult draghen tot uwen habyt eenen schapularis, den welcken nyet sonder reden ende misterie en is ingestelt van onse heylighe voervaders, al laet ghy den selven achter vuyt lichtveerdicheyt oft hoevaerdye (ijlacey). Ghy weet wel dat soe wie voer onsen Heere Godt wilt manck gaen in syn religie, dat hy hem nyet en can behaghen. Daerom leert recht ende getrouwelyck wandelen in uwe vocatie. Ten anderen sult ghy voertaen in uwe habytten alle weerlycke pomperye oft faetsoen achterlaten als van pickeren ende die werelt te volghen, noch lobben aenden hals te draghen ende diergelycke vuytwendighe hoeverdye. Want voerwaer egheen leelycker dinck en isser dan dat een religieuse persooone in haer geestelyck habyt wilt weerlyck syn ende in haer cloester wilt hoeverdye suecken die nochtans die werelt heeft verlaten om alle pomperye ende die sondes t'ontgaene. Ende om vrylyck myne opinie vuyt te spreken, dese waren beter inde werelt gebleven dan int cloester oyt gecomen, aengesien datter geschreven staet, dat nyemant syn hant aenden ploech stellende ende achterwaerts siende, weerdich en is het rycke Godts. Van tgene

voerscreven is, waer wel meer te segghen, doch sal dese reyse voerby gaen ende comen totten derden pointe.

Te weten dat vele menschen in u lieden geschandalizeert omdat ghy egheen forme en houdt van gemeyn leven gelyck onse orden ende Regel dat verheysschen, mits dat een yghelyck van u op syn selven tafel ende huys hout, hebbende syn poortie apaert, min oft meer, als oft gy noyt geloofden gedaen en hadt van int gemeyn te leven; dwelck voer u lieden zielen een periculuese saecke is ende en can nyet gepeysen hoe dat ghy in uwe conscientie condit oft moecht gerust syn, gemerckt dat het soe expresselyck is tegen uwe ende tegen alle professien van religie, daer aff dat ghy egheen ignorantie en condit gepretenderen. By avonturen, meynt ghy dat Godt die Heere u sulcx voer egheen sonde en sal rekenen. O kinderen, en wilt y nyet bedrighen. Want daer staet geschreven: Geloofte ende betaelt als die geloofden met onsen vryen wille gedaen is, dan is die schult verschenen, ende dat Godt die Heere oock nyet en sal quyt schelden blyckt genoch int werck der apostelen int vyffden capittel. Daerom, en worde nyet getrocken vuyt liefde van uwe religie, soe wilt u immers bedencken vuyt vreesen ende vuecht u te leven, te draghen ende te wandelen gelyck religieusen toestaet. Dwelck ghy niet condit geweygheren te doen oft moet bekennen dat ghy egheen onderdanighe kinderen en syt. Dat ick nyet en verhope, maer wel ter contrarien dat ghy dese onse vermaninghe ende vaderlyck bevel sult waer ende in danck nemen, aengemerckt dat tselve anders nyet en tendeert dan tot uwe eyghen salicheyt ende eere. Nyetemin om te weeten wat vruchten hier van sal moghen comen, beghere dat U lieden my van alles met gelegentheyt sullen antwoorden in geschrifte. Dwelck ick sal verwachten. Ende hier mede sluytende, bidde onsen Heere Godt almachtich die herten van U lieden met desen nyeuwen jare te willen moveren ende verlichten ten eynde ghy eene salighe forme van religieus leven moghen aennemen ende onderhouden, ons tot u lieden goede gebeden recommanderende.

Vuyt onsen godtshuyse binnen Diest den 7en dach Januarij 1598.

Minute.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 67.

76. — *Le prélat Valentyns à Henri van Cuyck,
évêque de Ruremonde*

1598, 7 janvier

Il traite des moyens à appliquer pour en arriver à une réforme du couvent des norbertines de Keizerbosch. Il fait certaines observations concernant la conduite du prévôt de Keizerbosch, Jean Godefridi, religieux d'Averbode.

Comme on le remarquera, ce fut une lettre de l'évêque qui amena le prélat à écrire au couvent de Keizerbosch sa lettre du 7 janvier 1598.

Avant d'en arriver à traiter du couvent de Keizerbosch, Valentyns parle du récent décès de François Verdoyenbraken, religieux d'Averbode et curé de Blerik. Il expose ses plans pour la nomination d'un nouveau curé de Blerik.

Reverendissime in Christo Pater et Domine,

... Licet enim horum — (les paroissiens de Blerik) — curam habere videar, non tamen tanti estimo ut vel comparem oviculis de Keysserbosch, quarum cura utinam tam parvo liberari possem. Deus novit quam me delectet illis preesse, que reformationem tam a me quam a precessoribus persepius propositam semper repudiarent. Neque tamen, nova mihi jam data occasione, desistam admonere et mandare quod mei officij fuerit. Domino Preposito, ad magis disciplinam vitam subinde exhortanti, respondent : an pro hoc tempore non satis prestant, quod observant a predecessoribus observata ? Absurdum sane responsum. Sed quomodo queso duras et pertinaces monere potero, amicis nobilibus una reluctantibus per quos precipue alius reformationis impedimentum fuisse existimo. Quid spei emendationis jam relinquatur quando vel famulum tuto illuc mittere non audeo. Sed spero per misericordiam Dei earum transgressionem mihi imputatum non iri, ubi admonenti et precipienti obedire noluerunt.

Quod idem dominus Prepositus foris habitum non gerit, excusare posse puto. Attamen, quod domi rarius utatur, non fuit mihi gratum auditu. Quare etiam illum admonui ut infra septa monasterij utatur, ubi sine periculo poterit, numquam vero ut celebret sine habitu iniunxi. Hoc enim nec addit nec minuit periculum. A Preposito vero potius quam a filiabus, non admodum pro dolor religiosis, obedientiam expecto. Quod si forte Reverendissima Dominatio Tua sciret modum quo illas vel cogere vel ducere possem ad reformationem, rem faceret mihi pergratam, sicut et fecit excessus earum significando.

... Diesthemio hac vija Januarij 1598.

Minute.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 67 v^o.

77. — *Le Couvent des norbertines de Keizerbosch*
au prélat Valentyns
 1598, 10 février

Par cette importante lettre, la Prieure et le couvent de Keizerbosch répond au mandement du 7 janvier 1598 par lequel Valen-

tyns invitait la communauté d'accepter une réforme sérieuse. Cette lettre reprend point par point les observations de Valentyns. Elle est à la fois une auto-apologie et un témoignage particulièrement important pour l'atmosphère et l'esprit de la communauté de Keizerbosch au cours d'une grande partie du seizième siècle.

Eerwerdige in Godt, aendachtigher beminde Vader in Christo, U. W. schryven aen ons gedaen webben wir, Vrou priorinne und semplichen jouffrouwen onser convents, ontfangen. Daer vuyt verstaen hebbende wie onsen beminden vader etlich schryvens van sekere eerw: personen ontfangen, die welcke geschreven dat schient dat wir tsamen van dobservantie onser religie solden vervrempt oder affgewegen syn; het welck ons altsamen seer leet is om hooren, daer nyemant can seggen dat eenich van ons allen van ons alde Gelooff affgeweken is, dan syn daer by bleven wie ons van alders achtergelaten is und verhoppen ooch nyet datmen mit waerheyt immer bewysen sal dat wir ons anders halden als nae onse gedane geloofsten wie van onse voersaten dan auch gedaen. Verhoppen het voerden almechtigen Godt und voer die menschen te verdedigen dat die siel van onsen beminden Vader oft Proost daer van gheen quael sol lieden voer het aenschyn Godts. Oock dat onse Vader bemint ons vermaent und scherpelyck beveelt dat wir den regel onser professien sollen onderhouden daer inne wir verbonden und verobligeert syn voer Godt und die menschen. Te weten dat wir dragen sollen eenen schapularis, en is ons noyt voer gecomen. Verhoppen auch nyet dat wir ons anders halden als nae het accort soe opgericht is int jaer 1530 den 19 Novembris doer heer Donys vander Schaefft und auch dat opgericht is int jaer 1569 den 25 Octobris voer M. Jacob vander Horst und voir heer Nicolaesen Eschius, pater opt begynhoff binnen Diest, die ons auch voergehalden hebben van onsen habyt. Soe is doen gesloten dat een yder van ons solde mogen een samaer, gelycx der eerden lang wesende, het welck geschiet und wir heden opden dach noch dragen; dan, van gheenen schapularis vermaent noch auch van eenigen proosten hier gedragen synde dan van desen tegenwoirdigen proost ¹⁵⁾. Wir hebben den voergaenden proost ¹⁶⁾ dickwils hooren seggen dat hy es nyet schuldich waer alhier te dragen. Verhoppen deshalven und bidden dat ons beminde Vader ons daer nyet beswaren sal und laten wie het altyt hier gehalden is.

Ten anderen, dat onse beminde Vader schryft van werlycke pomperyen und hoverdye achter te laten, verhoppen nyet dat doer ons dracht ymant geergert kan worden wie dan onse voersaten wel gedragen, te weten haer frauweel syden satyn, silveren gordelen, auch haer cleeder met swerte oft andere couleur van coorden liten

¹⁵⁾ Le prévôt Jean Godefridi († 11 juin 1604).

¹⁶⁾ Le prévôt Jean Willems (1530-1561).

besetten und desgelycken meer, het welck wyt van ons is ; refereren ons desselfs aen onsen hern Proost, welcker van sulcx veel affbracht. Auch heeft die rentmeester van onsen beminden Vader ons dracht gesien ; can derhalven goet getuyghenisse daer van geven.

Auch obedieren wir onsen proost, wie dan sulcx gebuert. Ja, wen wir wegens te doen hebben und geviel dat wir eenen nacht over onsen orloff vuytbleven, wurden wir desselfs scherpelyck genoch gestraft.

Ten derden dat onse beminde Vader schryft dat vele menschen aen ons geschandaliseert solden werden der orsaken dat wir gheen gemeyn tafel en halden, gelyck onse orden und regel solden mitbringen. Is ons oock van die voergenoemde persoonen und herren voergehouden ; mer ons gelech und sterckten van onsen convent gesien, hebben die selve geantwoort dat onmogelyck waer te doen und solden ons auch by onsen beminden Vader, heer Gilissen ¹⁷⁾, ontschuldigen und die gelegentheyt van ons te kennen geven. Het welcke geschiet is und met onsen rentmeester die antwoort und accort toegesant und ons daer nae gehalden tot deser tyt. Verhopen und bidden onsen beminden Vader dat wir voerder daeruyt nyet beswaert mochen worden. Dan, soe wir een gemeyn tafel gehalden hadden, waer ons onmogelyck geweest huys te halden doer het groot verdriet soe wir hier geleden, het welck een yderen wel bewust. Und nu moet een yder met hetgene tevreden syn soe haer geleverd wort. En hebben wir dan gheen bier, wie wel dickwils geschiet is, moeten ons met scherbier genughen laten oft met water, het welck een yder by syn verstant leert.

Kan auch nyemant seggen met waerheyt dat wir vrylyck huys halden oft gehalden hebben, hoewel wy vier oft vyffmael gespolieert van des Coninx volck, meer als van anderen, des sich Godt inden hemel wil erbarmen. Ja, ten lesten van baron de Lignes volck tsamen gespolieert und berooft, alzoe dat wir nyet soe veelich hielden dat wir ons voer die kelt hadden cunnen becleeden. Und hebben het clooster eenen tyt van vj weken moeten verlaten duer bedwanck der boese lieden ; und syn wel by den anderen verbleven ; maer duer hulp van onsen proost, die ons altezamen by den anderen heeft onderhouden in eender cameran. Als nu sulcx gepasseert synde, syn wy tsamen weder in ons clooster gegaen und hebben ons tot noch toe gehalden dat nyemant met waerheyt ons eenige schand can opleggen. Und verhopan auch alzoe te leven dat wy hier naemaels voer kinderen des lichts aengenomen und ontfangen mochten werden. Waer toe onse beminde Vader ons scherpelyck genoch vermaent. Waer van wir onsen Vader, welcke noch sorge voer ons is dragende, gants dienstelyck oirmoedich doen bedancken, begerende ons auch alzoe te halden wie onderdanige

¹⁷⁾ Le prélat Gilles Heyns (1566-1574).

kinderen schuldich syn te doen nae onse gedane gelooften und professien.

Kenne Godt almechtich, die onsen beminden Vader, sampt alle syne kinderen totte welcke wy ons gants oitmoedich syn erbedende, in lanckdurige geluckzalige regeringe wil erhaldden und gesparen tot irer und onser silen salicheyt und syn by dach und nach mit onsen gebeth voer onsen beminden Vader geneigt und bereitwillich, wie gehoirsame kinderen gebuert, te bidden das er ons altsamen mit syne gottlycke genade wil begaven op dat wir hiernaemaels die eeuwige friedt erlangen moghen.

Geschreven vuyt onsen convent Keyserbosch den x Februarij 1598.

Eerw. onsen beminden Vader oitmoedige gehoirsame kindere
Kathryna vander Porten, vrou tot Keysserbosch
Anna van Erp, genant Warrenborch, suppriorysse
Anna van Alfteren, genant Hamael

Den Eerwerdigen in Godt andachtigen Heeren Heer Mathias Valentyns, abdt des Godtshuys Everboet, onsen Vader in Christo bemint, tot Diest.

Copie contemporaine.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 72-73.

78. — *Le prélat Valentyns*
au couvent des norbertines de Keizerbosch
1598, 3 mars

Il répond à la lettre du 10 février. Il maintient ses trois exigences. Le couvent de Keizerbosch portera le scapulaire ainsi qu'un habit sans aucun luxe. Il introduira la table commune. Au demeurant, Valentyns ne formule plus ses revendications avec la même intransigeance qu'auparavant.

Weerdige Vrouwe Priorinne ende kinderen al tsamen in Christo seer bemint,

Aengesien ick u lieden nyet beschuldigt en hebbe des gelooffs oft oneerlyck leven halven, soe sal ick, dese poincten voerby gaende, comen tot die ghene daer ick in mynen voergaenden van geschreven hebbe, te weten dat ghy sult dragen eenen schapularis als ons habyt toebehoirt ; oock dat u habyt sal wesen simpel ende slecht ; ende vorst dat onder u lieden sal wesen een gemeyn leven naet vereysschen van onsen orden ende regel van Sint Augusteyn.

Waerop ghylieden, in plaetse van excusatie, hebt geantwoort inden iersten dat u voersaten hier voermaels by die godtvruchtige ende discrete heeren Jacob vander Horst ende Nicolaus Esschius is toegelaten sonder schapularis te mogen gaen. Dwelck wel te ge-

looven is. Maer daer tegen staat oock te peysen dat doen ter tyt dobservancie van onse religie aldaer soe verre verloepen was dat noch veel scheen syn dat sy die religieuse soe naer costen gebrengen. Want, daer die disciplne eens onder die voeten gecomen is, en can terstont soe lichtelyck nyet tot perfectie gederesseert worden, maer moet van langer hant geschieden; alzoe dat dit tot uwen voerdeel nyet en can gediene, mits directelyck is tegen het gebruyck van onsen orden; maer is dat alsdoen getolereert. Dit is sonder twyffel geschiet om allenskens tot meerder reformatie te comen, die ick verhope doer u lieden volbracht te worden.

Ten tweeden schryft gy te verhoppen dat nyemant in diu vuytwendicheyt van uwe cleederen wort geschandalizeert. Welck ick wel wilde waer te syn. Maer, olacien, ick heb al ter contrarien anderwerff verstaen. Ende al moest mr. Henrick, onsen rentmeester, hier van oock getuyghenisse geven, en saude nyet deponeren dat u lieden saude metgaen. Hier om, wilt u hier inne beteren op dat ghy vortaen nyemant meer en verergert. Maer, hebben u voersaeten hen hier inne noch meer te buyten gegaen, voerwaer soe blyckt wel gelyck voer geseeght is dat sy vanden regel ende observancie hunder religie seer verre vervreempt ende affgeweken waren. Maer want die dooden het oordeel hebben ontfanghen, sullen die in rust laten, ende onsen heere Godt bidden om hen eeuwige rust, u lieden nyettemin wel hertelycken vermanende dat ghy u hier in sult beteren op dat ghy Godt nyet meer te verantwoordten en vindt als ghy u laet voerstaen, mits het oordeel Godts dickmael ander valt dan verhoopt is.

Belangende het derde point seght ghy voer u lieden mits desen tyt ende naer gelegentheyt uwen plaetsen ende incomen onmogelyck te syn. Welcke excusatie sterck genoch is ingeval sy waerachtich is. Maer, dat daer by latende, ter wylen hier van naerder informatie sullen hebben, bidde ick onsen Heere Godt vuyt ganscher herten alsulcke occasie te willen verleenen dat doenlyck mocht wesen ende oock u lieden eenen gewilligen geest in de storten om tselven gern aen te gaen ende vorts in alles te obedieren daer ghy van professie wegghen toe verobligeert syt; waer van ick u lieden alwyle noch geprysen noch gelasteren en can, nademael ghy onse vermaningen ende bevel noch affslaet noch aenneempt, begerende dat ick u nyet voerder en wil belasten dan ghy belast en syt. Seer aendachtighe ende beminde kinderen, den almogenden kenne dat ick u nyet sueck te beswaren, maer voerwaer u ende my inder conscientie te verlichten ende te bevryden; daerom, geeft audientie ende weest onderdanich op dat ick oock metter waerheit mach bekennen dat ghy onderdanighe kinderen syt, waer van ick een troostelyck antwoort verwachten sal. Daerentusschen ons Heere Godt biddende dat hy u allen wel verleenen eenen vurigen gheest om hem in alle perfectie te dienen ende dat tot uwe wterste salicheyt

toe. Hier met sluytende begere dat ghy my in uwe ghebeden oock sult gerecommandeert houden.

Vuyt Diest, desen iijen Meert 98.

U. L. vader onweerdich,
Mathias Valentyns,
abdt van Everbode.

Minute.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, reg. 150, fol. 73-74.

79. — *Lettre de visite de Denis Feyten,
prélat de Saint-Michel d'Anvers, pour l'abbaye d'Averbode*
1596, 12 décembre

Le prélat de Saint-Michel était Père-abbé d'Averbode. Il y avait donc le droit de visite.

A l'époque où Mathias Valentyns commença son fécond abbatiat, Feyten jugea opportun de rappeler par lettre une disposition capitulaire concernant l'inventaire annuel que devaient rédiger les curés de chaque abbaye.

Reverendo Abbati Averbodiensi, priori, suppriori ceterisque religiosis eiusdem monasterij.

Confratres in Domino charissimi,

Quia secundum Ordinis statuta vestrum visitare monasterium tenemur singulis annis, sed quia temporis malignitas id non permittit nec audivimus aliquid notabiliter contra Regulam aut Ordinis statuta in vestro monasterio fieri, hactenus id facere distulimus. Tamen, quia intelleximus a pastoribus aut aliis beneficiatis non observari antiquas patrum constitutiones seu statuta, eorumdem copiam vobis transmittimus, ordinantes atque mandantes quatenus a R. D. Abbate vestro illa statim sine ulla dissimulatione executioni mandentur, nisi forte aliqui fuerint qui modo ob itineris pericula prefixo tempore sese non poterunt presentare, quibus R. D. abbas concedere poterit ut aut alio tempore veniant magis convenienti, aut scripto statum suum transmittant.

Copia.

Extracti sunt isti articuli a registro capituli generalis ordinis Premonstratensis in monasterio sancti Martini Laudunensis celebrati a^o Domini 1541, 15 mensis Maij.

Item, insequendo instituta et antiquas Patrum definitiones, Capitulum vult, ordinat et districte diffinit quod omnes et singuli beneficiati ordinis seu administrationem habentes tenentur se presentare et comparere quolibet anno coram proprio abbate in die dominica Exaudi post Pascha, ad integre et digne confitendum sua peccata

et debitum computum reddendum de omnibus fructibus suorum beneficiorum seu administrationum, prout in statutis per amplius continetur. Et sint in habitu et tonsura decenti, non exeundo extra septa monasterij absque licentia et consensu proprij abbatis. Et hoc sub pena excommunicationis late sententie.

Datum Bruxellis anno Domini 1596 Decembris 12.

fr. Dionysius Feijten,
abbas Sancti Michaelis
et pater abbas Everbodiensis.

Pièce originale.

Archives de l'abbaye d'Averbode, sect. I, liasse 2.